

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Praxis Episcopalis**

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quām brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Compositio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10421**

q. 49. licet hoc esset bonum, tamen vidi Episcopos observantissimos admittere pueros quinquerinales.

Quinto, patrinus est necessarius, adeo quod si omitteretur, esset peccatum mortale, Nav. c. 22. n. 9. ver. 4. si hoc facit sciens, id sibi non licet.

Sexto, patrinus debet esse confirmatus, alioquin non constituit cognationem spiritualem, Victor. loc. cit. q. 50. Sed oppositum & verius habet, Sylv. in ver. matrimon. 8. §. 7. ver. 12. prope finem, & Navar. conf. 1. de cogn. spiritual. Ratio est, quia baptizatus est capax.

Septimo, non potest esse nisi unus patrinus, & aliis, quam fuit in Baptismo: sed hoc vidi non observari à pio quodā Archiepiscopo, nec observatur passim.

Octavo, candela, & alapa non est necessaria. Sot. loc. cit.

Nonò, oleum non debet statim ablui, sed potest abstergi à ministris statim ac confirmatus quis fuerit, & sic vidi praedicari à pio quodā Archiepiscopo, Victor. loc. cit. q. 51. ult.

Decimo, ratio expostularer, quod hoc conferatur die Pentecostes; Sot. loc. cit. sed usū & jure potest etiam omni tempore, c. omni tempore, de consecrat dist. 4. Sot. loc. cit.

Undecimo, Episcopi curare debent conferre hoc sacramentum in suis diocesis & non propter negligentiam permettere, ut aliqui sine hoc Sacramento moriantur, Alph. de Castro de iusta ha- ret. punit. l. 3. c. 4.

Dodecimo, cognatio hic contrahitur, ut in Baptismo diximus.

Decimo, parochus debet habere li-

brum, in quo signentur quotnam sint, & non confirmati.

Decimoquarto, Episcopi dum conserunt hoc Sacramentum; debent facere annotare omnia nomina tam confirmatorum, quam patrinatorum; & ita vidi observari in duobus Archiepiscopatibus.

Decimoquinto, debent esse sine peccato mortali, saltem cum contritione, tam minister, quam suscipiens: ille quia est minister & cōpetit quia est minister, & cōpetit ei ex officio; iste, quia opponeret obicem gratiae, c. 2. de consecr. d. 5. Victoria loc. cit. q. 52. 29. Soto 4. sent. diss. prima, q. 5. art. 6. Sylv. in verbo baptismus, 3. per totum. D. Thom. 3. p. q. 52. 6. 4. art. 6. ad 3. argum. patrinus verò non tenetur ad hoc, sed facit irreverenter, hoc tamen debet intelligi de adultis, alias peccaret mortaliter. Navar. in gl. summa, numer. 37. & 38. de penit. dict. 5.

Decimo sexto, hoc sacramentum debet ministrari suis subditis, non alienis, arg. c. omnis utriusque sexus, & tōto rūtalo, de temp. ordin. in Decretal. & in d. 11. de parochiis; accessit sacra Congregatio, declarat. 2. in manuscript. meis, & Acta Mediol. Eccles. de sacram. Confirmationis,

## COMPOSITIO.

PRIMO, compositiones, seu transactio- nes cum reis inquisitis, vel reorum cum fisco; an, & quando fieri possint, vel liceant, & quomodo, vide Grill. lib. 5. & Foll. pract. crimin. fol. 101. & 145. & Maran. 6. p. cap. 1. n. 62. & infra. Covat. l. 2. c. 9. per totum,

torum, var. resolut. & pro practica ecclesiastica, vide n. 9. 10. 11. & 12. Diaz. pract. crim. Can. c. 134. Sylv. in ver. pœna, §. 6. & §. 21. Navarr. c. 23. num. 101. in notab. 7. Tabien. in ver. renunciatio, num. 5. & c. presbyteri, de penitent. & remiss. cap. parochianus, ibi gloss. in verb. satisfacient, de sentent. excom. loc. cit. lib. i. cap. 4. num. 8. Gom. tract. de Brevi. num. 25. Facit c. s. Canonici, ver. statu. & ibi Gemin. notab. 3. de offic. ord. lib. 6. per cap. irrefragabili, § fin. eod. titul. exirat, & c. pro lumeni, de homicid. lib. 6. quibus in locis pondontur multa ad pænatis proctimine, justa qualitate in delicti, loci, personæ, & aliorum, prout dictum est in ver. pœna, §. 3. & 6.

Secundò, posse judicem ecclesiasticum sibi retinere pœnam pecuniam, quia id sibi de jure licet, patet apud omnes, Felin. & alii, in c. irrefragabili, §. caserum, ver. quarta conclusio, de offic. Ordin. tamen honestius facerent, si illa locis piis applicarent, Diaz. loc. cit. & Fel. ibidem, in ver. tercua conclusio, Covar. loc. tit. num. 9. ver. quartum, Boll. in tit. de pœn.

Tertiò meminerint judices illius Ambros. Facilas venie magis prebere solet intentivum ad malum, c. est in just. c. 23. q. 4. & illius Isidori: Cito violatur, auro justitia, nullam querens pertimescit pœnam, quam scilicet pecunia posse redimere, ut in c. pauper, 11. q. 3. ideo ne sint faciles prælati ad compositiones faciendas super delictis, sed castigent ea pœnitentiis salutatibus afflictivis, ne delinquentes deteriores hant in posterum, juxta illud Matth. c. 5. Vade, & amplius noli peccare, ne deterius

aliquid tibi contingat: vide omnino Host. in just. tit. de offi. ordin. 2. quid pertinet, n. 4. ubi dicit, delicta debere puniri secundum quæstum pecuniae, & personæ sunt quæ delinquunt, non res, o. prodest & severitas. 23. q. 5.

Quartò, compositio debet fieri à jure ante vel in ipsa sententia: nam post illam non potest, cum jam functus sit officio suo; Paul. Grill. tract. de malef. tit. de composit. capit. 1. num. 11. Diaz. pract. crim. Can. cap. 136. Foller. pract. crim. folio 101. num. 32. & infra.

## COMPENSATIO.

Primò, licet fieri compensationem auctoritate propria occultè, quando quis non possit aliter habere suum ius vii. Primò, propter aliquem defectum. Secundò, propter injustitiam. Tertiò, propter ignorantiam. Quartò, ob judicem suspectum. Quintò, propter parvitetem rei, & magnitudinem fructuum in recuperatione. Sextò, quia ex lite similitates orientur. Septimò, vel quia si vellet litigare, amitteret gratiam & amicitiam illius, qui deberet. Octavò, quando existimas debitorem oblitum esse restituere, Cajet. 2. 2. q. 66. art. 5. ad 3. gl. in c. ius gentium, in ver. sedium, i.d. sed debent concurrere sex circumstantiae, quas narrat Navar. c. 17. n. 113. Sot. lib. 5. q. 5. art. 5. Sylvest. in ver. furiam. §. 15. Cajet. ubi sup. 3. in ultimis verbis, Pancr. in e. olim, il 1. de restit. spot. Tiraq. de miroque tract. in prefat. num. 70.

Secundò, hoc ampliatur, etiam si fieret excommunicatio, quia non propter

S 3 hoc